Ipsum illum quod iocundum et delectabile oculis est cum diligis cui dili-
gis. Sibi an tibi. Sic est deus tuus. Cum diligis eum intellege quia bon-
um tuum ipse est. Qui deum diligit non concupiscit habere velle et possidere et
frui. Si non habere velle habere sibi velle retinere quis unquam bonum nunquam dili-
git possit nec cum habet nec cum non habet nec cum diligit. Bona ista quae foris sunt saepe ama-
ntur cum non habentur et cum habentur nunquam despiciuntur. Non tale est bonum quod dicis est.
Si amat habet. Si diligit gustat. Presens est dilectioni. Si potes diligere potes
habere. Sicut das sic recipis. Non aliud pro illo quaeris. Non pro alio illud datur.

Sed forte mercenarius eris si deum diligis
et si eius ipsum premium ab illo accipias. Dicunt hoc quidam stulti et iam stulta
usque ipsi non intelligant. Diligimus deum et servimus illi. Sed non quaerimus premium
ne mercenarii simus. Et ipsum non quaerimus. Habet si voluerit sed non quaerimus. Interim
sit excutimus manus ab omni munere et ipsum non quaeramus. Quod diligimus pura
sit et gratuita et filiali dilectione diligimus non sed quaerimus. Ipse cogitet si quid
dare voluerit nos nichil requirimus. Diligimus Christum sed non quaerimus aliquid et ipsum
non quaerimus quem diligimus. Audite ossa sapientes. Diligimus inquiunt ipsum
sed non quaerimus ipsum. Hoc est dicere diligimus ipsum sed non curamus de ipso. Ego hoc
sic diligi nollem a vobis sic timent sic diligeretis ut de me non curaretis. Ego
de ista dilectione non curarem. Vos vidistis si dignum est ut deo offeratis quod
homo digne respuet. Quomodo inquiunt mercenarii non sumus si deum propter hoc di-
ligimus ut premium ab eo accipiamus. Non est quod amare neque amor iste filialis
sed mercenarii et sui premium quaerit presumunt sua. Quod hoc dicunt virtutem
dilectionis non intelligunt. Quid dicit. Est diligere non ipsum habere velle non aliud
ab ipso. Sed ipsum habere quaeritis. Si aliud quaereres ab ipso quaeris non amares. Nunc
autem non aliud quaeres per eo quod amas et tamen aliud quaeris et desideras ideo ipso quod amas.
Alioquin non amares si non desiderares. Sed ipso aliud est pro ipso aliud non ipso.
Si pro ipso aliquid amas mercennarius es. Si in ipso amas et ipsum amas filius es.
Et similiter etiam aliud aliquid esse cogitavit et divisum ab ipso bono quod